

Piceno mediterraneo tam a Strabone quam a Plinio collocatur, fuisse ibi ubi nunc est Massaccio (quod oppidum ob eam causam nuper antiquum nomen sibi restituit) primus ostendit duce titulo n. 5700 antea iam noto, sed male lecto etiamtum, Maurus SARTI monachus Camaldulensis edita 'de antiqua Picentum civitate Cupra montana epistola ad v. c. Ioannem Felicem Garatonum' data 1 Iul. 1747, quae primum prodiit in syllogae Calogeranae vol. 39 (1748) p. 1—104, iterum recognita et aucta Pisauri 1748 (8. pp. 108); adiunxit deinde auctor a Borgia lacessitus commentariola duo alterum editum sub ficticio nomine Hieronymi Paretti *riflessioni sopra la lettera di Stefano Borgia al P. Sarti in data del 5 Sett. 1752 concernente la scoperta di Cupra montana* (8.), alterum sub nomine suo *lettera del P. Sarti a Stefano Borgia in difesa della dissertazione de antiqua cet.* (Pisauri 1752. 8. pp. 24), quorum ego posterius solum vidi. Collectanea Sartii manu scripta nuper Romae comparata iam extant in bibliotheca Berolinensi (cod. pict. A 61⁴). Eandem controversiam deinceps agitaverunt Stephanus BORGIA primum in opere *storia di Tadino* (Romae 1751. 8) fol. B¹, deinde in epistula *lettera apologetica al P. D. Mauro Sarti* (Pisauri 1752. 8.) q. n. v.; Paulus RICCOMANNI († 29 Ian. 1762) et edita epistula scripta 19 Nov. 1752, q. n. v., et in commentariis amplioribus *della Cupramontana Ginesina*, quae auctoris morte abrupta non prodierunt¹); Iohannes Franciscus LANCELOTTI *dissertazione epistolare in difesa del .. Padre .. Sarti ed in comprova delle antichità spettanti a Cupra montana li 29 Genn. 1755* (ed. 2 Venetiis 1755. 8. pp. 88; ed. 1 impressam Monaci non vidi); Carolus RONCONI chirurgus Massacciensis *lettera in risposta al Sig. Paolo Riccomanni intorno alla celebre scoperta di Cupra Montana del P. Sarti d. 14 Jan. 1753* (8. pp. XX); Iustus FONTANINI sub nomine Arcadico *dissertazione di Elisio Tagiste intorno al sito di Cupra montana antica città di Piceno* (Romae 1764. 8. pp. 59); Franciscus MANCIA Massacciensis *lettera in risposta alla dissertazione di Elisio Tagiste intorno al sito di Cupra montana* (Faenza 1768. 8. pp. 87). Ex litigatoribus his Massaciensem Cupram adseruerunt Sarti et Lancellottius et cives duo Massacienses Ronconi et Mancía; pro Sanginesina autem pugnarunt nequiquam sane Borgia Riccomannius Fontaninus. Libelli hi ut omnes rari sunt, ita non pauci


1) Exemplar quod adhibui continens tomi 4 pp. 1—192 et summarii documentorum pp. 1—32 ex Telesphori Benigni bibliotheca transit in Minicianam et cum hac in publicam Firmanam.

eorum frustra a me quaesiti; sed tamen eos habui, qui ad apparatus epigraphicum augendum pertinent. COLVCCIUS de Cupra montana quae ipse scripsit (ant. Pic. vol. 3 a. 1788 p. 337—379) parum iuverunt, iuverunt quae Franciscus MENICVCCI de antiquitatibus Massacciensibus exposuit apud eum vol. 15 p. 220—225 et vol. 20 p. 1—265 satis curiose. Eiusdem adhibitae sunt *memorie istoriche del Beato Angelo di Massaccio* (Maceratae 1787. 4.). Nostra aetate canonicus Antonius ZANOTTI ab a. inde 1851 quidquid ex agro Cuprensi prodiret diligenter in schedas rettulit, quarum copiam mihi fecit. Denique qui supersunt tituli cura publica in curia expositi sunt. — Ceterum etiam nomen Cuprae montibus Massaccio vicinis remansisse Sarti et Lancellottiusque demonstraverunt; exempli causa hic p. 80 citavit canonem astronomicum editum a. 1731, id est aliquanto ante Sartii commentarium, ab Ioh. Angelo Canonici degente in vicino vico Apiro sub nome *dell' astrologo del Monte di Cupra*. E contrario *Cupra S. Genesii* quamquam passim legitur in instrumentis saec. XIII, quae Riccomannius libro incohato adiunxit, non sine causa opinor Mancía p. 46 haec in interpolationis suspicionem vocavit.

Planinenses, quos Plinius l. c. item in mediterraneis Piceni recenset quorumque praeterea meminerunt tituli tres urbanus vol. VI n. 2379 a I, 7 . . . s. *Planin.* et Troesmensis vol. III n. 6202: . . . *us T. f. Vel. Claudianus Planina* et Taurinus vol. V n. 6991: *patrono [rei]p. Planinensium*, non recte collocantur propter nominis aliquam similitudinem in vico Castelplanio; is enim trans Aesim situs est extra Picenum²). Contra quod alii statuunt (Sarti *Cupra mont.* ed. 2 p. 43; Colucci ant. Pic. vol. 4 p. 113—129, vol. 15 p. 227) fuisse in territorio vici Monteroberto ad S. Apollinaris, ubi fuit ecclesia antiqua S. Mariae de Plano, non habet quod offendat, quamquam et ipsum parum certum est. Ego unicum lapidem adhuc ex Monteroberto prolatum Cuprensis interposui.

2) Verum est de finibus Piceni ambigi posse; nam Aesem cum Plinius 3, 14, 113 et Strabo 5, 2, 10 p. 227 cum Umbria contribuant, laterculus militaris qui nuper in urbe prodiit (eph. epig. 4 n. 887) annorum 441. 442 militem recenset origine *Aes(e) Pic(eno)*. Illi sententiae favet tribus Aesinatium, quae est Pollia, recedens a communi Picentium Velina, huic quod proprietas oppidorum Piceni, ut regionis nomen praeter necessitatem adsciscant, ut ad Asculum Firmum Falerionem, ita ad Aesem quoque pervenit. Oppidum in confiniis Piceni et Umbriae situm eo facilius modo huic modo illi regioni attribui potuit, quod ante Diocletianum regionum Italicarum in rebus administrandis aut nulla aut exigua ratio habita est.

5699 in patera aerea extrinsecus litteris punctim exaratis. Rep. prope Massaccium, est apud Ferrantium MANC.; rep. prope Utheianum LANC.



Franciscus Mancía Massacciensis in *lettera cet.* (vide supra) a. 1768 edita in tabula ad p. 77 adiecta aere expressit (inde Colucci 15, 224); Lancellotti ms. f. 59.

V · AVILIO · V · F · PIENO · PO · P | PAGI · VEHEIA (mediis omissis) LANC., V · AVILIO · V · F · V · ALPIENO · PO · P · PAGI · VEHEIA legit Mancía. — *V(ibio) Avilio V(ibi) f(ilio), V(ibio) Alpieno Po(bli) f(ilio) pagi Veheia(ni? donum dant)*, scilicet pagus donum dedit per magistros. Nominativi duo scripti sunt ratione antiqua. Structura genetivi insolita in titulo pervetusto non nimis offendit.

6366 inter rudera Urbis Salviae rep., est apud Carolum Nisi.

✠ · C A I
P R I · O L C
· V E T · T I · A
M A R · C I · A
5 e O · I V · G I ·
B · M ·

Ectypum misit comes Silverj Gentiloni.

6367 rep. a. 1879 m. Aug. in confiniis agri Colmuranensis et Urbisalviensis; Colmuranenses dederunt Urbisalviensibus, qui collocaverunt in curia.

rosa rosa
 persona
 D · M
S A L V I A E · C · L
PRIMITIVAE
P E R S E S · C O N I V G I
5 B E N E · M E R E N T I · E T · S I B I

Gentilonius misit a. 1881.

CXX. TOLENTINVM (p. 530).

ad n. 5572. Descriptam misit Gentilonius, legendens 7 VIRIVS.

6368 Tolentini rep. a. 1881 in ipso foro sub domo Bezzi inter bases et columnas aliaque rudera complura aetatis Romanae.

IVNONI
NONIA

Raffaellius Firmanus et Silverj Gentiloni Tolentinas miserunt. Hic edidit apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 163. 1882 p. 43.

6369 Tolentini rep. cum n. 6368.

OSP · Ctes	Gentiloni apud Fiorellium
ue SP Astiano	Not. degli scavi
PC Mt max	1882 p. 44.

6370 Tolentini rep. cum n. 6368.

ICINIO
Valeriano
IANO.

Silverj Gentiloni ms. et apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 163. 1882 p. 43.

1 CILIO ed. 1881. — 3 IMIO ed. 1882.
Fortasse est Licinii Valeriani.

6371 Tolentini rep. cum n. 6368.

CAE
!!!!!!
pii. felicitas · AVG
T R I B
5 P

Gentiloni apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 44.

6372 Tolentini rep. cum n. 6368.

S
RI
I

Silverj Gentiloni apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 164.

6373—6375 Tolentini fragmenta rep. cum n. 6368.

6373 L V O P
6374 N O
6375 IC

Gentiloni apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1882 p. 44.

6376 4 chiliom. a Tolentino in vico S. Angelo rep. a. 1866, cum ara ecclesiae parochialis disiecta est, iam est in eadem parieti immissa.

MECLONI
A E P LIB
PICENTIN
MATRI
5 PISSIMAE

Aristides Silverj Gentiloni misit a. 1881.

6377 Belforte del Chiento.

Q · PLOTIVS · Q · L · PELOPS
PVPIA · L · L · RVFA
PLOTIA Q L FAVSTA · PIA
Q · PLOTIVS · Q · L · STABILIO
5 P · PVPIVS · P · I PHILADESPOT
Q · PLOTIVS · SPECTATUS

Ectypum misit Aristides Silverj Gentiloni a. 1881.

CXXII. TREA (p. 538).

ad n. 5664. Oderici ms. Gen. f. 3 refert acceptam a Benedettio.

CXXIV. CVPRA MONTANA (p. 543).

ad n. 5699. Marinius in adnotatione ms. ad sigill. n. 267 sic ait: *vidi al Masaccio la bella patera stampata dal sig. uditore Mancina, nella quale si legge con lettere assai antiche e formate di tanti punti* PLEBS PAGO VEHEIATIS, sine dubio memoriter perperam citans.

CXXV. S. Vittore (p. 546).

6378 ara alta cent. 74, rep. prope Sanvittore in praedio dominorum Barcaroli, venit Chiara-valle prope Iesi in domum eorundem.

FORTVNAE
patera AVG nreus
SACRVM

Misit a. 1882 Alexander Chiappetti Iesensis.